*L*<sup>2</sup> Auszug nach *L*<sup>1</sup>: LBr. 251 Bl. 232–233. 1 S. im oberen Respektsraum von Bl. 232 r<sup>o</sup>, Bl. 232 v<sup>o</sup> und 233f. — Auf Bl. 232–233 *K* von N. 10.

Vir Maxime Reverende et Ampl<sup>me</sup> Fautor Honoratissime

Pro Considerationum libello, quem nondum videram, multas gratias ago. Quae Dux ipse S<sup>mus</sup> consignavit prudentiae et moderationis plena sunt, nec plausibilitate carent, animumque ad multa alia non satis attendentem movere possunt. sed Commentator, etsi vir doctus, et bene animatus, vereor ne crabrones irriteret; quaedam enim revera justo sunt acriora, ut quod putat virum probe eruditum bona conscientia extra Romanam Ecclesiam permanere non posse; cum contra potius ipsa rerum cognitio maximum obstaculum accessuris ad Romanos objiciat. Exempli loco esto, quod etiam Episcopo Meldensi (frustra in refutatione laboranti) objeci, neminem satis versatum in antiquitate et ad rem attendentem ut par est, nec per alia distracta posse salva conscientia accedere Concilio Tridentino, sub anathemate jubenti, ut libri V. T. quos nos Apocryphos credimus, divina autoritate praediti ac caeteris aequales censeantur; contra manifestissimas declarationes primaevae antiquitatis Christianae. Si Concilium Tridentinum seponeretur, facilior foret Schismatis sublatio, sed hoc stante nisi per vim non obtinebitur.

Fateor si Dn. Conringius ostendisset, sese etiam circa sacramenta adhaerere Remonstrantibus, adeoque reformatis, non fuisse stationem Helmestadiensem tuiturum. Sed ego

putabam Remonstrantibus accessisse proprie ubi cum Reformatis pugnant.

Praefationem Uraniados accepi, sed multum me moratur emendatio operis, differendaque erit in iter aliquod, ubi me alia non distrahent. Curabitur ne quid pereat. Sed ultimum librum ab ipso doctissimo autore emendandum puto.

Rixatorem Hamburgensem ajunt urbe egredi non audere, metuentem ne jussu Regis Prussiae intercipiatur, et in vincula trahatur. Hoc ipse sibi periculum suis clamoribus attraxit. 5

Ut mutem materiam, audeo petere, ut inquiras Noribergae an non sciri possit quam arte fiant illa specula convexa vitrea, quae vilissimo pretio venduntur; quorum concavitate apparet infusam materiam quandam prius liquidam, deinde induratam, quae opacitatem vitro conciliat, sine folio stanneo, quo in speculis planis uti artifices solent. Qui me hoc doceret, ei libenter munusculum eucharisticum darem. Sed arte quadam hoc expiscandum esset ab opificibus et quasi aliud agendo. Nisi sit fortasse inter ipsos qui pro munusculo artem docere velit. 10

Quod superest vale et fave. Dabam Hanoverae 17 Martii 1712 15

Deditissimus

G. G. Leibnitius

## 12. LEIBNIZ AN BURKHARD GOTTHELF STRUVE

Hannover, 21. März 1712.

**Überlieferung:** *Abfertigung* : HAMBURG *Staats- u. Universitätsbibl.* sup. ep. 40 Bl. 379–380.  
1 Bog. 4°. 2 S. Auf Bl. 379 r<sup>o</sup> oben rechts alte Zählung „CLXXXIII“.

20

Vir Amplissime et Consultissime Fautor Honoratissime

Attulit ad me Dn. Rühlmannus cum literis munus a Te insigne, quo etiam patriam Germaniam Tibi devinxisti, nervosum et plenum doctrinae *syntagma publici nostri juris*; eoque magis profuturum, quo pauciores hactenus vetera recentibus, fontes rivis recte conjunxerunt. Et passim videmus regnare praejudicia, et fictitias quasdam Hypotheses statui quae disparent cum anterioris aevi monumenta consuluntur. 25

Labor in Freheri *scriptoribus* incudi reddendis a Te collocatus et Tibi ipsi haud dubie profuit, et aliis eandem aut (qua magis indigent) majorem etiam utilitatem praestabit. Nescio an sparsa ipsius Freheri opuscula in unum collecta addas quod certe mererentur.

Ex ejus Bibliotheca quaedam in Augustam Guelfebytanam pervenere, atque inter alia Pantaleonitani Monasterii Chronicon [WOLFENBÜTTEL *HAB* 74.3. Aug. fol.], cujus non nisi partem postremam a Godefrido conscriptam edidit. Nam praecedentia parum differunt ab Ursbergensis Abbatis Historia. Quaedam ascripta visuntur, Freheri ut apparet manu, unde intelligas, multa volumina diplomatum viro fuisse. Volumen in quo ad Legem Salicam typis editam multa item sua manu annotavit a Viro Max. Reverendo Polycarpo Lysero [Polycarp Leyser III., 1656–1725], Superintendenti Generali Ducatus Cellensis habet Cl. Eccardus [Johann Georg Eckhart] professor Historiarum Helmstadiensis, qui multum operae in Germanicae linguae antiquitatibus ponit.

Mitto hic catalogum librorum qui mox apud Batavos plus offerentibus vendentur, quia a D<sup>no</sup> Ruhlmanno id Tibi gratum fore intellexi. Inde etiam ego quosdam notavi, ipsique Bibliopolae van der Linden committam ut mihi tolerabili scilicet pretio redimat. Quod si velis in idem opera mea uti, id in manu Tua est. Catalogum aliquando ex Nundinis Lipsiensibus per Dn. Försterum Bibliopolam Hanoveranum recipere potero.

Quod superest vale et fave. Dabam Hanoverae 21 Martii 1712.

Deditissimus

Godefridus Guilielmus Leibnitius.

### 13. JOHANN FRIEDRICH HODANN AN LEIBNIZ

[Hannover, März 1712].

**Überlieferung:** *K* verworfene Abfertigung: KOPENHAGEN *Kongelige Bibliotek* Bøllings Brevsamling. Udenlansk Bl. 4 1 Bog. 4<sup>o</sup>. 3 S.

Hochwolgebohrner Hochgebietender Herr Geheimde Rath.

Die Bäume sind ehegestern als am Mittwoch ankommen, und hat der Gärtner vor rathsahm angesehen gleich einige von denen, die er gekennet zu setzen. Aus des Gärtners Briefe an Ew. Excellence, (den nothwendig habe aufmachen müssen, weil die Frau Bahrin- gen gemeinet, es wäre einige Nachricht darinn von den Bäumen, so ihr sollen gesandt werden) vernehme, daß die numer oder der Catalogus von den Bäumen schon vergangen- en Sonnabend übersandt sey, und würde also Ew. Excellence denselben am Sontage bekommen haben. Da nun derselbe nicht hergegeben, so können keine Bäume gesetzt werden, als die der Gärtner kennet. Auf Verlangen aber desselben habe an den Gärtner

zu Braunschweig H. Herman Behrens geschrieben, und ihn gebeten die numer oder den Catalogum noch einmahl zu senden, damit man bey dem ietzo sehr beqvemen Wetter an dem pflantzen nicht aufgehalten werde. Ich habe den Gärtner an dem setzen nicht können hindern, weil ich vermuthet, die Sache sey schon vorher abgeredet gewesen, wie sie ohngefehr stehen solten. So wird er auch uberdem wissen, wie es sich am besten schicken 5 wird. Er wird es aber anstehen lassen ferner Bäume, die er nicht kennet, zu setzen, biß er entweder den Catalogum von dem Gärtner noch einmahl empfänget, oder Ew. Excellence verhoffentlich morgen oder übermorgen wieder kommen. Ich habe aber auch deswegen an den Gärtner geschrieben, weil es etwa könnte geschehen seyn, daß Ew. Excellence den am Sontage empfangenen Catalogum verleget hätten, und man alsdann doch um einen 10 andern müste anhalten.

#### 14. JOHAN VAN DER LINDEN AN LEIBNIZ

Leiden, 5. April 1712.

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 564 Bl. 1. 4<sup>o</sup>. 1 S. Oben links Vermerk von Leibniz' Hand: „resp.“.

15

Monseigneur

à Leyden ce 5 d'Avril 1712.

J'ay bien receu la votre avec la Commission, mais parce que j'ai veu quelques hommes qui sont venu pour voir l'*historiam Francorum* per Du Chesne, pourquoy je crois que ce livre pourroit aller à un haut prix, et comme je vois que Vous voudriez fort volontier avoir ce livre là, j'ay voulu Vous donner avis du nombre des notes de Mons. Blondel, ils 20 sont sur les marges du Livre par tout, mais Court et quelques uns genealogiques, outre cela on trouve un demy feuille fort petit escrit *de Electionis Regiae inter Germanos vera origine Appendix*, et encor d'autres papiers inserez d'un demy et d'un quart d'un feuille, ce qu'il est tout, et comme je dis que je crois que ce Livre pourroit aller fort haut, je Vous prie de fixer un prix pour ce livre là avec le premier 25 poste, et si vous ne desire[z] aussi le suivant nombre[,] sçavoir l'Histoire des Normans [A. DU CHESNE, *Historiae Normannorum scriptores antiqui*, 1619, angeboten in *Bibliotheca Ter Borchiana*, 1712, S. 54, Nr. 283]: Je suis, en attendant votre reponse sur cela à Lundy prochain sans faute, avec beaucoup du respect

Monseigneur

Votre treshumble et tres obeissant Serviteur  
Johan van der Linden, Junior.

P. S. Je prendray bien garde pour les autres Commissions.

15. JOHANN FRIEDRICH HODANN AN LEIBNIZ

5 Hannover, 12. April 1712.

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 411 Bl. 292. 4°. 1 S.

Hochwolgebohrner Hochgebietender Herr Geheimde Rath.

Ulrich wil morgen wegen der Backsteine nach Wunstorff reiten. die gebundenen To-  
mos von den *Scriptor. Brunsvicensia illustrant.* hat Monsieur Crell heute wieder bekom-  
10 men, und wil sie an den H. Geheimden Rath Lüdecken senden, mit dem sie bekandtschafft  
haben, der nach seiner Meinung, weiter davor sorgen wird. Doch wird Herr Förster mor-  
gen von Franckfurt wieder hie seyn, der es vielleicht anders ordnet. Am Freytage wird  
er nach Leipzig gehen. Wil unterdessen ihm ein Memorial der zu bestellenden Sachen  
mitzugeben nicht vergessen.

15 Gestern sagte man, als wenn zu Lüneburg der H. D. Steding, Professor an der dasigen  
Ritter Schule, gestorben wäre. Was da zu thun, hoffete mit Gottes Hülffe wol auszurich-  
ten. Ob es aber rathsahm darum anzuhalten, werden Ew. Excellence am besten urtheilen  
können. Befehle Ew. Excellence dem Schutz Gottes, und bleibe deroselben

unterthäniger diener

Joh. Fr. Hodann

20 Hanover d. 18 April 1712

## 16. JOHANN FABRICIUS AN LEIBNIZ

Helmstedt, 16. April 1712.

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 251 Bl. 273. 4°. 2 S. Bibl.verm.Perillustris et Excellentissime D<sup>ne</sup> Consiliarie intime, Patrone suspiciende,

Mitto Excell. Tuae exemplar Defensionis contra Declarationem, cujus auctor dicitur 5  
 esse D. Jäger, primarius in illa universitate Theologus, quaeque, ut ajunt, ibidem typis  
 impressa est, et publice venum prostat. Rationes, quae Ser<sup>mum</sup> induxerunt ad mutandam  
 religionem, haud ita pridem Coloniae denuo sunt editae in 12. [M. SZENTIVÁNYI, *Funffzig*  
*Motiva*, Neuß 1712] cumque jam in omnium sint aut esse possint manibus, certo certius  
 sequetur a parte rigidorum refutatio, et forte non una. Ego hoc scriptum nondum legi 10  
 integrum, legam autem proxime. Rev<sup>mus</sup> Elector Moguntinus solet dicere, se non videre,  
 quomodo prudens et eruditus quidam, qui statum reformationis et momenta controver-  
 siarum probe perpendit, possit manere in ecclesia Protestantium. Et huc forte collineat  
 autor Ostensionis dicto illo, quod Tua notavit Excellentia. Exspecto ultimam *Uraniados*  
 partem, ut ad autorem [J. W. Petersen] transmitti possit, ab eodem corrigenda et an- 15  
 genda: de quo quidem sententiam nobis tuam significabis. Dn. Cancellarius ait se urgere  
 visitationem academiae Helmstad. proxima aestate faciundam. Sed an haec laboranti et  
 aegrotae academiae proficua sit futura, dies docebit. Vale, et favere perge

Perillustr. Ex. T. cultori humillimo J. Fabricio.

Helmstadii d. 16. April. 1712. 20

## 17. JOHAN VAN DER LINDEN AN LEIBNIZ

Leiden, 19. April 1712.

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 564 Bl. 2–3. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegel.

Monseigneur

Je Vous envoie le Compte des Livres, que j'ay achetez pour Vous (selon votre ordre) 25

dans l'encan de feu Mons<sup>r</sup> Ter Borch [vgl. *Bibliotheca Ter Borchiana*, 1712], les autres livres sont vendu si cher que je n'ay osez de les pousser plus loin: du Chesne *Historia Francorum* est vendu pour f163: — et ainsi f43: — par dessus votre commission.

Il Vous plaira de me faire tenir une lettre de change de quatre vingt et six florins  
 5 17 sols et 6 deniers, et de m'ordonner en meme temps à qui envoyer les livres, et si je  
 dois faire faire une caisse pour les empecqueter: je ne doute pas ou je Vous auray donnez  
 par cet achat une pleine satisfaction, en esperance de Vous servir d'oresnavant en des  
 semblables, ou autres occasions, où Vous me pourrois juger d'etre capable.

Je Vous prie de vouloir faire tenir l'enclos à Mons<sup>r</sup> Burchard [wohl Johann  
 10 Heinrich Burckhard, vgl. dazu N. 31], et suis aprez Vous avoir fait mes treshumbles bai-  
 semains

Monseigneur      Votre tres obeissant Serviteur      Johan: van der Linden, Junior.

Leyde ce 19 d'Avril 1712.

Monseigneur Monseigneur de Leibniz Conseiller privé de S. A. E. etc. etc. à Hanover  
 15 franco bisz Osnabrûg.

## 18. KURPRINZESSIN WILHELMINE CAROLINE AN LEIBNIZ

Hannover, 20. April [1712].

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. F 4 Bl. 23–24. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. — Gedr.  
 (teilw.): KLOPP, *Werke*, 11, 1884, S. 6.

20 Hannover le 20 april

Je vous suis infiniment obligée Monsieur de la bonne nouvelle qu'il vous a plus  
 me donner, douchan le mariage de M<sup>r</sup> le P. de Beverne [Ferdinand Albrecht II. von  
 Braunschweig-Wolfenbüttel-Bevern, 1680–1735] et Md. la P. Andoneste [Antoinette Ama-  
 lie, 1696–1762], je vous prie Monsieur dans demoinger ma jois à M<sup>r</sup> le Duc [Herzog Anton  
 25 Ulrich], et à M<sup>r</sup> le P. Je la crois fort heureuse Md. la P. devenant Epouse, d'une P. de ce  
 merite, et felicite toute nostre maison de garder un sy aimable Princesse[.] j[']adan votre  
 retour avec inpassiance, comme ausy M<sup>r</sup> le P. E. qui dit que vous nous gadée par votre  
 bonne et agreable convercassion et que l[']on a de la penne à s['] acoutumer aux autres.



Pour Monsieur d'Lebenitz à Wolfenbutel.

19. JOHANN FRIEDRICH HODANN AN LEIBNIZ  
Hannover, 21. April 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 411 Bl. 293. 4°. 1½ S.

Hochwolgebohrner, Hochgebietender Herr Geheimde Rath.

5

Vergangenen dienstag ist Ulrich mit einem Pferde hinüber nach Wunstorff gewesen, und hat die verlangete Maursteine gekauffet, der Leim wird auch ietzo zu gefahren.

Der Wurmsahme ist aus der Dauphiné nunmehr ankommen, und hat ihn die Französins, Frau Papen, mir zugestellet. Ich habe ihn in meinen Kuffer geleet, damit er in der Küche möchte vewahret werden.

10

Herr Förster wird dem H. Doct. Hanschen wegen der Ittigschen Auction 29 th., 19 gg. und 6 d. müssen aus zahlen. Ich verstund von ihm, daß er wol lieber Geld wolte aufnehmen als ausgeben. dennoch hoffe, er werde dies aufgetragene ausrichten. Von den andern nöthigen Sachen habe bey H. Förstern Erinnerung gethan. Morgen als den Freytag wird er von hie auf Leipzig reisen. die Abschrift von des Bodini MSC. nach Zeiz zu bestellen hat er auch auf sich genommen.

15

Von Ulrich vernehme ietzo, daß der Kalck nicht eher als kurtz vorm Markte werde fertig werden, und H. Leiseberg wolle das Haus nicht eher abbrechen, bevor der Kalck nicht da sey, damit nicht etwan ein vorfallender Sturmwind dem Hause Schaden thäte. Befehle Ew. Excellence dem Schutz Gottes, und verbleibe deroselben

20

unterthäniger diener

J. F. Hodann

Hanover d. 21 April 1712.

## 20. JOHANN FRIEDRICH HODANN AN LEIBNIZ

Hannover, 27. April 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 411 Bl. 294–295. 1 Bog. 4°. 3 S.

N. 37

5 Wolgebohrner, Hochgebietender Herr Geheimde Rath.

Ich habe mit dem Herrn von Bernsdorff [Andreas Gottlieb von Bernstorff] wegen  
der verlangten Bücher gesprochen, und hat er zugesaget, daß er wolte Sorge tragen,  
daß sie gebracht würden. Zugleich fragte er nach Ew. Excellence Wiederkunfft; worauf  
ich sagte, Ew. Excellence hätten geschrieben, Sie warteten noch auf einige Ordre von  
10 dem H. von Bernsdorff. Er antwortete aber, Ew. Excellence hätten nunmehr schon alles  
empfangen. Es fragte auch neulich ein Vornehmer Mann nach Ew. Excellence, welcher  
dabey sagte, man hätte hie gewisse Zeitungen, daß es in Wien sehr schlim wäre und die  
Leute auf den Gassen umfielen und stürben.

Ich bin vor etlichen Tagen bey dem H. Hoffrath Hattorff gewesen wegen des Sub-  
15 conrectorats in Göttingen, wovon im vergangenen Herbst gedacht wurde. der sagte aber,  
sie wüsten noch nicht, wo sie die Besoldung solten hernehmen.

Der Herr Abt [Gerhard Wolter Molanus] ist gestern mit der Churfürstinn [Sophie]  
nach Wolffenbüttel gereiset, und werden sie etwa 8 Tage ausbleiben.

Von Herr Henninges habe Geld müssen aufnehmen so viel als vor der Hand nöthig  
20 ist, und habe nunmehr Garten Sachen und dergleichen bezahlet. derselbe ist bestellt, so  
weit es hat geschehen müssen. Wenn nun aber das Unkraut auszugetten und die Würme  
lebendig gemacht werden, wird wieder verschiedenes auszugeben seyn. So viel an mir,  
bemühe ich mich, daß nichts unnöthiges ausgeben werde. Es ist von Ostern biß ietzo sehr  
kalt gewesen, und hat, absonderlich im Anfange des Nachtes dicke Eys gefroren, und  
25 weiß also nicht, ob viele von den Bäumgen, die doch reichlich geblühet, werden Früchte  
bringen.

Mich wundert, daß der Mons. Has nicht einmahl schreibet, ob er nach Zeiz kommen  
oder nicht; Es wäre dann, daß es von dort aus Ew. Excellence wäre berichtet worden.  
Meine Briefe wird derselbe vermuthlich empfangen haben.

30 Man hat schon vor etlichen Tagen gesaget, S<sup>ne</sup> Churfürstl. Durchl. [Georg Ludwig]  
werden nach Weinhausen gehen; auf welchen Tag aber, ist mir unbewust.

Es sind hier verschiedene paqvete, die auf Ew. Excellence warten, als ein Buch in Fol. worauf 3 mahl citò und von eben demselben noch ein klein paqvete, so vor etlichen Tagen ankommen. der geschlungene Name ist I. C. Ein packet ist da von Herr Schelen, eines von Herr Löfflern, 2 von gewissen Jesuiten, 2 von einem der ein Wapen hat einen Strauch mit 6 Blättern, auf einem ist ein Nahme von S. P. D., auf einem andern I H A; auf noch 2 andern sind die Buchstaben nicht wol zu unterscheiden. dies habe ietzo melden wollen, ob Ew. Excellence etwa was dran gelegen. Sonst habe auch schon davon gedacht. Monsieur Rühlmann hat mir zwar vor wenig Tagen geschrieben, aber nichts, daß etwa Ew. Excellence berichten solte und könnte. Befehle Ew. Excellence dem Schutz Gottes, und bin

Ew. Excellence unterthäniger diener J. F. Hodann  
Hanover d. 27 April 1712.

21. BURKHARD GOTTHELF STRUVE AN LEIBNIZ  
[Jena, Mitte – Ende April 1712].

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 908 Bl. 7. 4°. 2 S.

Vir illustris atque Excellentissime, Patrone Venerande

Catalogum remitto, quem benevole mecum communicasti, cui scriptum haut ita pridem editum adjeci, quod Tibi trado examinandum. In Frehero recudendo nunc soli *Rerum Germanicarum Scriptores* me occupabunt, alia vero occasione de reliquis scriptis ero sollicitus. *Chronici Laurishamensis* continuationem nactus fui, quam eidem subjungam, una cum quibusdam diplomatibus ad historiam Germanicam facientibus. Curabo etiam aliquando Thesaurum Antiquitatum Germanicarum, cui inserendi Scriptores ad antiquitates saltim Germanicas facientes [B. G. STRUVE, *Corpus Historiae Germanicae*, Ienae 1730]. Tu vero, Vir illustris, Vale et fave conatibus studiisque

---

Zu N. 21: K antwortet auf N. 12 und hatte als Beilage den mit letzterer übersandten Auktionskatalog. Die Sendung lief, wie von Leibniz in N. 12 vorgeschlagen, über N. Förster, der Leipzig zur Jubilatenmesse aufsuchte, die 1712 am 18. April begann, vgl. N. 29. Entsprechend datieren wir.

Tibi                      Vir illustris atque Excellentissime                      obsequio devinctissimi  
 Burcard Gotthelf Struve. D.

## 22. JOHANN FABRICIUS AN LEIBNIZ

Helmstedt, 5. Mai 1712.

5                      **Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 251 Bl. 234. 4°. 1 S. auf Bl. 234 v°. — Auf Bl. 234 r°  
 Auszug eines Briefes von G. Thomasius an Fabricius vom 30. April 1712 von Schreiberhand,  
 ergänzt von Leibniz' Hand.

Perillustris et Excell<sup>me</sup> D<sup>ne</sup> Consiliarie Intime, Fautor et Patrone aetatem suspicie,

10                      Etiam Thomasianae litterae, de quibus jam desperaveram, tandem advolarunt. Eas  
 igitur, quia potior earum pars Tuam concernit Excellentiam, sicut nuper Doppelmaie-  
 rianas, legendas et reddendas communico. D. Kressii promotio nec dum firmo stat pede,  
 nam Wolffenbuttelenses, ut ajunt, non volunt consentire in ejus vocationem. Saltem illa  
 hoc modo difficilis redditur, et de die in diem differtur. Nec JC<sup>ti</sup> volunt admittere quintam  
 15 ad partem ex sportulis Actorum capiendam. Vale, Vir Exc<sup>me</sup> et favere perge

P. E. T.                      observantissimo piissimoque cultori                      J. Fabricius

Helmstadii d. 5. Maii 1712.

1 obsequio devinctissimum *K*, *korr.* *Hrsg.*

## 23. JOHANN CHRISTOPH WEGELIN AN LEIBNIZ

Lindau, 12. Mai 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 908 Bl. 10–11. 1 Bog. 2°. 4 S. — Auf Bl. 10 v° im oberen Respektsraum *L* von N. 34. — Gedr.: BABIN/VAN DEN HEUVEL, *Schriften und Briefe zur Geschichte*, 2004, S. 308–310.

5

Hochwohlgebohrner Freyherr      Gnädiger Herr

Daß ich mich vnterfange an Ew. hochfreyh. Gnad. in Unbekanter Persohn mit gegenwärtigen Zeilen gehorsamst zuerscheinen, werden dieselbe hoffentlich mir auß dero weltgeruhmten angebohrnen aequanimitaet gnädig condoniren, zumalen es meine Väterliche besorgung Eines meiner Söhnen, welcher damahlen auf der Jenischen Universitaet die iura studiret und die Ehre genossen vnter des weitberühmten H. D<sup>r</sup> Struvii Praesidio unterschiedliche Dissertationes Publicas zu defendiren und dessen auditor in Collegiis publicis et privatis zu seyn, concernirt, auch dieser mein Sohn mir durch seine Correspondenz beständig angeruhmt, daß Er in denen Collegiis so wohl, als auch in andern Umgang mit gelehrten leuthen, und privat Discursen von denen H. Professoribus mit gröstem respect Ew. hochfreyh. Gnad. so hoch angeruhmte ungemeyne Erudition, und aller orths bekandt- vnd vngezweiffelter [sic] Auctoritatem in rebus publicis, fide antiquitatis Historicae et Diplomaticae nicht allein mit gröster admiration angehört, sondern auch aus Ew. Hochfreyh. Gnad. Eigenen vnvergleichlichen, auch anderer Eruditorum Virorum öffentlichen schrifften als Hodiernum Principem Historicorum Germaniae remarkirt, annebenst mich versichert daß durch hochermeldten H. D<sup>r</sup> Struven sonderbahre gutige interposition v. pflegende Correspondenz meine hierunter fuhrende intention secundiret werden solte; vnd weilen demnach mein Sohn dieser Tagen das Examen pro impetranda Dignitate Doctorali feliciter sustiniret und wurcklich seine Dissertationem Inauguralem zu defendiren vorhabens ist, so habe ihm die anleitung dahin gegeben. Weil bekandter massen hiesiger Reichs-Statt mit dem frey-weltlich adelichen Stiffth alhir ratione eines so genanten Diplomatis supposititii et falsi, durch welches wohlermelter Stiffth der Statt nicht allein die antiquitaet sondern auch aus demselben die Jurisdiction zu infringiren und zu disputiren behaupten will; dargegen aber in favorem der Statt, der weltberühmte Publicist B. Conringius, wie Ew. Hochfreyh. Gnad. selbst bekandt seyn wird, die unbefugsamkeit aller welt vor augen gestellt; bey vielen Jahren her an dem HochstPreiß. Key. Reichs-Hoff-Rath grosse Certamina geführt, v. obschon hernachmahl

der Stifft durch seine so genandte *Justam Defensionem* durch einen Jesuiten diesen hochberühmten Mann, und dessen unwidertreibliche Argumenta zu widerlegen gesucht, so hat dennoch hernach der gleichfalls in Historicis vortrefflich versirt geweste Tenzelius auf veranlassung hiesiger Statt solche widerum vindicirt: biß in verwichenem Jahr der bekandte  
5 Jesuit Rasslerus Prof. und Canzler zu Dillingen in seinem unverschamten scripto publico nicht allein den Conringium, Tenzelium, sondern de novo hiesige Statt maximè injustè et injuriosè angegriffen, auch seinen abortum mit gröstem mißfallen einer hochansehnlichen Reichs-Versammlung zu Regenspurg Evangel. theils ohne scheu insinuiren lassen. Alß habe bey solcher occasion pro amore et salute Patriae ermelten Meinen Sohn, doch praevia  
10 exploratione dessen hiezue erforderlicher Tüchtigkeit durch H. D. Struvium der ihm auch mit benöthigten kostbaren büchern, manuscriptis, vnd andern guten consiliis an die hand gangen, instigiret, daß Er die Elaboration seiner Dissertation auf die gründliche widerlegung, und zwar nur allein so vil die Argumenta Rassleri praecipua, et ad scopum maximè tendentia concerniren, doch modestè an stellen und publicè verfechten solte.

15 Alldieweilen aber dieses werck von seiner sonderbahren wichtigkeit, hiesige [sic] statt als dem werthen Vatterland heilsam und höchstnöthig, Mein Sohn aber als noch ein junger mensch bey einigen iniquis Censoribus nicht ohne sorg allem momischen vorwurff nicht entfliehen dürffte, alß habe zu dem Ende H. D. Struven consuliret, ob nicht diese seine arbeit durch eine weit höhere Authorité, darwieder sich die Adversarii so leicht  
20 nicht sezen würden, soutenirt werden köndte; Wann nun aber hochgedachter H. D<sup>r</sup> Struv mir auf mein eigenes zuschreiben alle beste hoffnung gemacht, es werde Ew. Hochfreyh. Gnad. gegen meinen Sohn mit dero angebohrner gütigkeit erga Exteros in dergleichen zufällen keines weges difficultiren, so habe ich Ew. Hochfreyh. Gnad. ganz gehorsamst anfehen wollen sich so vile zeit von dero hochwichtigen geschäfften abzubrechen dieses  
25 bey kommende opus Raslerianum nach seiner wichtigkeit zu perlustriren und uber das schon so sehr angefochtne aber ganz offenbahre diploma suppositium Ludovicianum dero hocheleuchte gedancken zueröffnen, anbey auch gnädig erlauben, daß solche nun mit dero hochgeehrten iudicio und hoch vortrefflichen Authoritaet respectivè das werckgen zu secundiren und zu unterstützen an die Dissertationem mit angefüget werden mochten.  
30 Zumahlen durch solche sonderbahre Gnadenbezeugung nicht allein mir und meiner Dependenz eine ewige obligation und veranleitung seyn wird, vor Ew. Hochfreyh. Gnad. täglich bey dem grundgutigen Gott vor dero langes Leben und hohes wohlergehen flehentlich zubitten, sondern auch alhiesiger Statt hirdurch angefochtenes Publicum sich gluckseelig schätzen wird, die hierunter demselben mit angedeiende sonderbahre Conso-



## 25. LEIBNIZ AN JOHANN FABRICIUS

Hannover, 19. Mai 1712.

**Überlieferung:** *L* Abfertigung: KOPENHAGEN *Kongelige Bibliotek* Thott 4° 1230. Nr. 129. 4°. 1 S. — Gedr.: 1. KORTHOLT, *Epistolae*, 1, 1734, S. 160–161; danach 2. DUTENS, *Opera*, 5, 1768, S. 300.

5

Vir Maxime Reverende et Amplissime, Fautor Honoratissime.

Multas debeo agoque gratias, quod in mei gratiam Noribergenses amicos, viros egregios consulisti. Utriusque Epistolam remitto; et inprimis peto ut Ampl<sup>mo</sup> Viro Godefrido Thomasio gratias agas, quod veterem mihi benevolentiam conservavit. Pauci nunc  
10 in Germania in veteris rei nummariae cognitione (ut caeteram doctrinam taceam) ad ejus laudes accedunt. Eo magis ipsi otium optem, ut selectas observationes quas varii generis praeclaras eum habere scio in publicum usum patriaeque decus conferre possit.

Doppelmaieri vestri doctissimi diligentissimique in rebus Mathematicis viri studiis et laboribus mire applaudo. Quod de Historia Coelesti Flamstediana quaerit, sic accepi;  
15 obitu Serenissimi Principis Georgii penes quem summa erat cura rei Maritimae Britannicae, sufflaminatam esse editionem praeclarissimi operis, praesertim his difficillimis temporibus. Itaque incertum esse an et quando sit proditum. Rogo ut eum horteris ad sumenda quoque experimenta Magnetica, et observandam quotannis, quanta fieri poterit accuratatione declinationem inclinationemque magneticam. Sunt etiam magneticae obser-  
20 vationes spectaculo curiosorum hominum dignae, et plurimum adhuc in illis indagandum latet.

Pro Methodis conficiendorum sine foliis speculorum concavorum ipsi Tibique etiam gratias ago. Amicus quidam experientia valens, (etsi non in hoc negotio) scribit ad me, auditum sibi applicari materiam vitro adhuc a fusione calent[e]. Optem reperiri aliquem  
25 qui pro munusculo demonstrare operationem possit velitque, nam fateor processus nonnullos amicis communicatos non successisse.

Spero Dn. D. Cressii negotium, aut jam esse confectum, aut mox confectum iri. Suaseram ut hinc discedens et Brunsviga transiens ad Dn. Cancellarium adiret: sed ille nemine Brunsvigae salutato Jenam perrexit, quod ipse Dn. Cancellarius mihi dixit.

30 D<sup>nus</sup> Overbeckius Conrector Welfebytanus quem scis virum esse bonum et doctum, valde apud me questus est se dure admodum haberi, quod cujus potissimum moribus sive morositate tribuendum sit non ignorat. Itaque valde optat eripi his malis et aliud



officium alibi sive in Schola sive in Ecclesia consequi. Rogo ut de viri salute cogitare et de ope ei ferenda sententiam Tuam mihi aperire velis. Quod superest vale et fave. Dabam Hanoverae 19 Maji 1712

Deditissimus

G. G. Leibnitius

26. JOHAN VAN DER LINDEN AN LEIBNIZ

5

Leiden, 21. Mai 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 564 Bl. 4. 8°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Oben links Vermerk von Leibniz' Hand: „resp.“.

Monseigneur

Je viens de recevoir le votre du 6. de May ce matin, et comme Mons<sup>r</sup> Schenck me demande dans sa lettre, si je ne sçavois pas quelqu'un pour recevoir mon argent, je repond en ça, que non: mais comme Mons<sup>r</sup> Burchard [wohl Johann Heinrich Burckhard; vgl. N. 31] me doit envoyer une petite lettre de change; Vous le pourriez hausser avec luy d'une somme comme Vous me devez, et si tot que je j'auray reçu les Livres de Mons<sup>r</sup> le Secetaire de Monseign<sup>r</sup> de Bothmar, je feray faire une caisse, pour les empecquetter ensemble et envoyer suivans vos ordres à Bremen à Mons<sup>r</sup> Moyer; les frais de ce caisse et pour les envoyer et embarquer à Amsterdam couteront pour le moin trois ou quatre florins, ce que je prie d'ajouter à votre conte: j'ay envoyez la lettre enclose à Mons<sup>r</sup> Oudin: et Je suis avec beaucoup de respect

Monseigneur

Votre treshumble et tres obeissant Serviteur  
Johan: van der Linden, Junior.

Leyden ce 21 de May 1712.

Monseigneur Monseign<sup>r</sup> de Leibnitz Conseiller privé de S. A. E<sup>le</sup> de Hanover etc. etc. à Hanover.

## 27. LEIBNIZ AN BURKHARD GOTTHELF STRUVE

Hannover, 31. Mai 1712.

**Überlieferung:** *L* Abfertigung: HAMBURG *Staats- u. Universitätsbibl.* sup. ep. 40 Bl. 381 bis 382. 1 Bog. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. Postverm. Auf Bl. 381 r<sup>o</sup> oben rechts alte Zählung „CLXXXIV“.

5

Vir Amplissime

Pro scripto Tuo novissimo multas gratias ago habeoque. Non mole sed pondere aestimandum est. Si sic pergitur, quanta lux rebus Germanicis accendetur, quam non aliis populis suas in hoc genere curas invidebimus! Praesertim si aliquando accedat is quem moliris thesaurus antiquitatum Germanicarum.

10

Me pergentem in Historicis laboribus adversa valetudo nonnihil remorata est, respirare tamen incipio et in spem profectus ulterioris erectus sum.

15

Extat Quercetani Bibliotheca scriptorum de rebus Gallicis [A. DUCHESNE, *Series auctorum omnium qui de Francorum historia et rebus Francicis scripserunt . . . Quorum editionem pollicetur A. Du-Chesnius*. Lutetiae Parisiorum 1633 u. ö.] diversa ab ea quam recudit Hamburgi doctissimus Fabritius, quae non nisi conspectus est collectionis quam ipse Quercetanus moliebatur. Illam augere, continuare, aut potius aliam plane facere molitur Longus vir doctus apud Parisienses ex Oratorii disciplina [J. LELONG, *Bibliothèque Historique de la France; contenant le catalogue de tous les ouvrages, tant imprimez que manuscrits, qui traitent de l'histoire de ce Roïaume, ou qui y ont rapport*, Paris 1719; vgl. auch Lelongs Brief an Leibniz vom 21. Dezember 1709]. Vellem vicinum vobis doctissimum Hertium aliquando dare, quae haud dubie collegit ad similis operis sui perfectionem.

20

Quod superest vale et fave. Dabam Hanoverae 31 Maji 1712.

Deditissimus

G. G. Leibnitius.

25

*A Monsieur Monsieur Struve professeur celebre à Jena. franco Cassel*

28. LEIBNIZ AN POLYCARP LEYSER, HEINRICH LUDOLF BENTHEM  
UND JUSTUS VON DRANSFELD

Hannover, 1. Juni 1712.

**Überlieferung:** *L* Konzept: LBr. 411 Bl. 296. 8°. 1 S.

Ad dominos Lyserum, Benthemium et Dransfeldium etc.

5

Celeberrime Vir      Summe Reverende et Ampl<sup>me</sup>      Fautor veneratissime

Compluribus jam annis mihi in laboribus Historicis operam sedulam et laudabilem navavit Dn. Joh. Frid. Hodannus, ministerii Ecclesiastici dudum candidatus, idemque in sacris aliisque studiis pereruditus. Cum vero in eo res jam sit, ut mutanda ei sit statio, quaerit locum in quo Ecclesiam servire possit; sed cum sit extraneus, suasere D<sup>ni</sup> consistoriales qui favent merito, ut circumspiciat an Adjuncturam quam vocant alicubi obtinere possit; nam nunc quidem vacantibus Ecclesiis alii ex receptis regulis ei praeferrunt solent; ut adeo vereatur ne diu adhuc et cum incommodo sibi sit expectandum. Ego Tui erga me favore certus, petere audeo ut quos forte pastores noris aut quaerendo comperire possis qui adjunctum commodis sibi conditionibus non illibenter recepturi videantur, suggerere velis. Instituendae etiam pueritiae in aliqua schola peraptus foret, cum praeter doctrinam etiam vitae compositae laudem mereatur, dignus surrogari, si quis locus vacaret. Indicium et patrocinium omni obsequii genere Hodannus demerebitur, ego quoque beneficium in me collatum putabo, et oblata occasione gratiam referre conabor. Quod superest vale et fave. Dabam Hanoverae 1 junii 1712.

10

15

20

Deditissimus

G. G. Leibnitius

29. BURKHARD GOTTHELF STRUVE AN LEIBNIZ

Jena, 2. Juni 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 908 Bl. 8–9. 1 Bog. 4°. 4 S. — Auf Bl. 9 v<sup>o</sup> *L*<sup>1</sup> von N. 33.

— Gedr. (teilw.): BABIN/VAN DEN HEUVEL, *Schriften und Briefe zur Geschichte*, 2004, S. 308.

25

Vir Perillustris atque Excellentissime      Patrone devenerande

Catalogum, quem ex mandato Tuo ⟨ — — ⟩ Förstero tradendum, Te accepisse nullus dubito. Nunc iterum, motus precibus Consultissimi Wegelini, Reip. Lindaviensis Consulis, Te compellare audeo. Nosti, Vir Excellentissime, Raslerum Jesuitam in causa decantati  
 5 istius diplomatis Lindaviensis calamum contra Conringium, Tentzelium aliosque diplomatis oppugnatores strinxisse, immo in Principes quoque Protestantium fuisse injurium, ut ipsius Vindiciae ideo a Legatis Protestantium fuerint rejectae. Wegelini autem filius in nostra Academia hoc Rasleri scriptum dissertatione sua inaugurali refutare, eidemque  
 10 respondere adgressus est, laboremque, meis quoque usus consiliis et Bibliotheca, subsidiisque e patria suffultus ei praeluxit, ut adprobatione sit dignus. Dum autem materiae gravitas majorem requirat auctoritatem, rogat dictus consul et Respublica Lindaviensis, me interprete, ut, si per molem graviorum occupationum licuerit, haut graveris, publico aperi-  
 15 as, quod Tuum de Rassleri commento sit judicium. Concede igitur hoc precibus Reipublicae, concede desiderio eruditorum, concede hoc causae publicae, concede etiam meis precibus, immo veritati, et cum aliis quoque celeberrimorum Virorum judiciis Tuum jungas. Hoc ipsum est quod publico nomine a Te obnixè rogo, hoc ipso me quoque Tibi devincies plurimum.

In Academiam Kiloniensem haut ita pridem ad capessendam juris Publici, Feudalis et Canonici professionem vocatus fui, sed in dimissione concedenda ⟨ut transirem⟩  
 20 difficiliore reperiri Serenissimos Academiae nostrae Nutritores ut nihil adhuc certi ausim adfirmare. Vale. Scribebam Jenae IV Nonis Junii MDCCXII.

Perillustris atque Excellentissimi Nominis Tui

cultor perpetuus  
 Burcard Gotthelf Struve.

30. JOHANN FRIEDRICH HODANN AN LEIBNIZ  
 25 Hannover, 6. Juni 1712.

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 411 Bl. 297. 4<sup>o</sup>. 2 S.

Wolgebohrner Hochgebietender Herr Geheimde Rath.

Es ist Ulrich den morgen, wie Ew. Excellence von hie gereiset, in ein Wortgemenge mit dem Gärtner Plincken gerathen, der ihn nebst seiner Frau geschimpfet, und für einen

Schelm gescholten, auch gedräuet ihm bey beqvemer Gelegenheit Arm und Beine entzwey schlagen zu lassen. Ulrich hat ihm dabey nichts böses wieder gesaget, sondern gedacht die Sache an ihrem rechten Ort zu suchen. den leuten, so auf den Garten künfftig zu wohnen angenommen worden, hat gedachter Plincke auch weiß gemacht, sie würden wenige Zeit auf dem Garten bleiben können, in dem sie von Ulrichen würden vertrieben werden, wie es ihm ietzo ginge. Es sind auch Mann und Frau beyde darauf von dem Garten weggangen. Am Sonnabend Mittage war ich mit Herr Rühlmann und Ulrichen auf dem Garten, da denn der drauf arbeitende Christoph gestund, daß Ulrich, wie oben gemeldet, gescholten wäre. Hernach giengen wir zu den auf den Garten angenommenen Leuten, und beredeten sie, daß sie versprachen wieder auf den Garten zu gehen; welches sie auch würcklich gethan haben, und heute in ihrer Arbeit auf dem Garten fleissig gewesen. Sonst höre, Ulrich habe die Sache Herr Henninges vorgetragen, der nachgehends deswegen mit Herr Rühlmann gesprochen: Auch ist Herr Rühlmann darauf bey dem regirenden Bürgermeister Bußmann gewesen, der sich endlich entschlossen den Gärtner Plincken aufs Rathhaus am Mittwochen fodern zu lassen; da denn auch die beyden Zeugen, als Christoph und der auf dem Garten wohnende Mann werden abgehöret werden. Ich erfahre solches ietzo von Herr Rühlmann, der von der Sache selbst wird, auf Ulrichens Anhalten, weitläufftiger geschrieben haben. Ulrich hat mir von dem letzteren nichts gesaget; so ist auch dasselbe mit meinem Rathe nicht geschehen.

Aus dem Italiänischen Seiden Würmer Saamen wird wol nichts werden: doch wird er, wie der andere, an die Sonne gesetzt und des Nachtes Warm gehalten, und wird auf alles wol Achtung gegeben. Befehle Ew. Excellence dem Schutz Gottes und bleibe

Ew. Excellence

unterthäniger diener

J. F. Hodann

Hanover d. 6 Jun. 1712

31. JOHAN VAN DER LINDEN AN LEIBNIZ

Leiden, 12. Juli 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 564 Bl. 5. 4°. 1 S. Eigh. Aufschrift. Siegelrest.

Monseigneur

J'ai reçu les quatre vingt et onze florins de Mons<sup>r</sup> le Docteur Burchard de Wolfen-

buttel [Johann Heinrich Burckhard] en payement des livres achetez pour Vous dans  
 l'encan de feu Mons<sup>r</sup> Ter Borch, [vgl. *Bibliotheca Ter Borchiana*, 1712], je Vous prie  
 de m'ordonner, si je dois envoyer les Livres à Bremen, selon l'ordre que Vous m'avez  
 donnez cy devant, ou bien si je les garderay si long temp, jusques à ce que j'aurai reçu  
 5 les Livres, qui sont apportez pour Vous de l'Angleterre, afin de sçavoir comment faire.  
 Je suis avec beaucoup du respect

Monseigneur

Votre treshumble et tres obeissan[t] Serviteur  
 Johan: van der Linden, Junior

Leyden ce 12. de Juillet 1712.

10 Monseigneur Monseigneur de Leibniz Conseiller privé de S. A. E. à Hanover

### 32. LEIBNIZ AN BURKHARD GOTTHELF STRUVE

Hannover, 25. Juli 1712.

#### Überlieferung:

- 15 *L* Konzept: LBr. 908 Bl. 12–17. 3 Bog. 2°. 11 S. halbbrüchig beschrieben, mit zahlreichen  
 Korrekturen und Ergänzungen.
- 20 *E* Erstdruck nach der nicht gefundenen Abfertigung: *Epistolae G. Guilielmi L. B. de Leibniz,*  
*serenissimi ac potentissimi electoris Brunsvic. Luneburgensis consilarii intimi et reliqua.*  
*Nec non Burcardi Gotthelffi Struvi, J. U. D. Historiarum Professoris in Academia Je-*  
*nensi celeberrimi. Super Valore Famosi Diplomatis Ludoviciani*  
*Lindaviensis.* Lindaugiae, Anno MDCCXII. Typis Gauppianis, S. 3–19. (Unsere  
 Druckvorlage.) — Gedr. (lat. u. dt.): BABIN/VAN DEN HEUVEL, *Schriften und Briefe zur*  
*Geschichte*, 2004, S. 306–345.

Insigni Viro Burcardo Gotthelf Struvio, JC<sup>to</sup> Jenensi Godefridus Guilielmus

Leibnitius

25 S. P. D.

I. Pervenit ad me Tuo, et per Te Amplissimi Viri Johannis Christophori Wegelini  
 Consulis Lindaviensis missu, ingens opus Maximiliani Rassleri celeberrimi Societatis Jesu  
 Scriptoris, Sacrosanctae Theologiae et sacrorum Canonum Doctoris, et Dillinganae Uni-  
 versitatis Cancellarii, quod *Vindicationem contra Vindicas* inscripsit:  
 30 Tenzelianas scilicet, quibus Wilhelmus Ernestus Tenzelius Historiographus Saxonicus,

non ita pridem haud exigua literarum jactura defunctus, notissimi *Diplomatis* Lindaviensis *Censuram*, ab Hermanno Conringio magnae Doctrinae Viro olim editam, et sub *Justae Defensionis* titulo impugnatam, non exiguo nec inerudito volumine tueri studuerat. Simul a me peti intelligo, ut sententiam meam de Controversia hac exponam. Ego quidem me Vobis obstrictum fateor, quod aliquid in his rebus iudicio meo tribuitis, sed vereor ne superfluum sit post tot praeclarorum virorum auditas sententias, exponi meam; praesertim cum in re tantis excussa studiis, aliquid novi addere difficile putem.

II. Vetus erat inter illustrem Parthenona Lindaviensem, et inclytam ejusdem Insulae urbem Imperialem de variis capitibus disceptatio; cum tandem Daniel Heiderus Urbis Syndicus, Jureconsultus eruditionis et peritiae singularis, *Diplomatis* nactus Apographum, quo Ludovicus Imperator (quem aliqui secundum, alii Germanicum, quidam Pium faciunt) ab Adalberto Comite fundatum Coenobium firmasse, et munifice ornasse dicebatur; spissum et eruditum opus, (duodecim fere Alphabetorum), germanico sermone A. D. 1643. edidit, in quo *Diplomatis* auctoritatem multis argumentis oppugnabat. Huic sese scripto opposuit ex Jesuitarum Ordine Vir doctus Henricus Wagnereccius alio opere Alphabeti unius et dimidii (sed minutioris typi) edito, cujus titulus *Standhaffte Rettung und Beweisung* etc. quod Emsii ad Rhenum prodiit Anno 1647. Secuta est, sed anno demum 1672. *Hermanni Conringii Censura Diplomatis, quod Ludovico Imperatori fert acceptum Coenobium Lindaviense*; digna utique doctrina viri, praesertim cum eo tempore Critica *Diplomatum* non admodum exulta esset. Cui operi (controversia jam in Latium translata) opposita est *Justissima Defensio antiquissimi Diplomatis, quo Ludovicus Imperator Coenobium Nobilium Virginum Lindaviense nono abhinc seculo stabilivit*, edita Constantiae A. D. 1691. et mox secutae sunt *Historicae Vindiciae pro Hermanni Conringii Censura in Diploma Fundationis fictitium, quod Lindaviense ad D. Virginem Coenobium primum Imperatori Ludovico Lotharii filio, post Ludovico Seniori Regi Germaniae, nuperrime Imperatori Ludovico Pio trina variatione adscripsit* Lindaviae 1700. autore Wilhelmo Ernesto Tenzelio, qui et *Defensionem*, quam refutare instituerat, verbotenus operi suo inseruit, et κατὰ πόδα secutus examinavit. Et fatendum est non spernendum doctrinae et industriae specimen et Tenzelium dedisse. Tandem anno superiore prodiit illa ingens, quam misistis, *Vindicatio contra Vindicias*, cujus Autor (idem

qui antea *Justae Defensionis*) sese, ut ingenio acrem, ita doctum non vulgariter, et inprimis eloquentem ostendit; quanquam exhausto pene argumento ad rem Historicam non multum adjecerit, nisi quod Diplomata quaedam hactenus inedita, sane non spernenda, in lucem produxit.

5 III. Haec inde a Conringianis lustranti mihi vix occurrit, quod magnopere addi prioribus mereatur; quanquam non dubitem, Tuo, Vir consultissime, et eruditi ex Lindavia Juvenis studio, multa adhuc partim ex Historia publice extante, partim ex monumentis nondum excussis, erui posse, quibus augeatur hoc doctrinae genus. Nam de summa quidem rei conclamatum puto dudum, nec alio fructu produci controversiam, 10 quam ut occasione illustris argumenti respublica literaria, ad locupletandas Historicas opes fruatur: ἀγαθὴ δ' ἔρις ἦδε βροτοῖσι. Et tantum abesse puto, ut antiquorum Diplomatum possessores hinc ab illis communicandis edendisque absterreri debeant; veriti scilicet, ut ait Doctissimus Rasslerus noster (part. I. *vindicat.* p.95.) *ne Tabulas in quieta legitimorum natalium possessione ad hunc diem relictas, invisae Criticorum natio sugillet, et nodum in scirpo quaerendo falsitatis arguat, quarum veritatem plurimorum seculorum auctoritas indubitata habuerat;* 15 ut contra sentiam, nunc maxime venisse tempus, quo prudentes et ingenui has opes in publicum rectissime conferre possunt, et lumen de lumine accendere, magna in commune utilitate, nullo detrimento suo. Ex quo enim insignium Virorum opera sic satis constituta est scientia Diplomatica, non est cur iniqua vereantur Judicia; et reperto lapide lydio, suspectae diffidentiae est occultare, quae genuina examen non timent. Ut taceam antiquissimorum Diplomatum notitiam, multum quidem facere ad noscendas origines rerum, quarum etiam ad jura recte dijudicanda usus est ingens. Sed non ideo tamen cuidam 20 jus praesens abjudicari ex antiquissimi Diplomatis fide, cujus vim omnem praesentibus contrariam immemorialis illa praescriptio, in ipso naturae Jure fundata, dudum extinxit. Nam res humanae, quoties non juvantur publicae Historiae monumentis, lapsu temporis obscurantur; et casu aliquando fit, ut quaedam vetustissimae fortasse serventur Tabulae, dum aliae multae posteriores plurimarum mutationum indicatrices perire. Itaque 30 hi, qui in possessione sunt, antiqua proferentibus merito opponunt praescriptionem immemorialis temporis, id est exceptionem rerum mora obscuratarum. Veritati quidem non praescribitur, jura tamen etiam tempore extinguuntur aut nascuntur.

16 quorum veritatem *LE*, *korr. Hrsg.*      25 astrui aut abjudicari *L*



IV. Nec Criticorum natio, nisi ignaris aut parum ingenuis, invisae esse debet; nam eorum diligentia nos a multis erroribus liberatos, grato animo agnoscendum est. Rudibus adhuc seculis paulo ante Typographiam omnis in tenebris erat historia, et sacrae profanaeque antiquitates juxta ignorabantur. Credebatur Constantinus M. baptismo Sylvestri a lepra mundatus, occidentem donasse Romanae sedi; circumferebantur falsae Pontificum Romanorum antiquissimorum Epistolae; Pseudo-Areopagita, mysticae Theologiae per se non spernendus scriptor, ad Apostolica tempora referebatur; mulier collocabatur in sede Romana; Electorum Imperii origo Romano Pontifici Gregorio V. natione Germano ascribebatur. Contra hos et similes errores innumeros hiscere vix quisquam audebat, donec major lux studiis illata est. Invisus erat ignaris Laurentius Valla, qui Donationem Constantini impugnat, et ab Augustino Steucho cum supercilio explodebatur; nunc Bellarminus et Baronius, summi Viri, manus veritati dedere. Cum Centuriatores Magdeburgici Epistolas illas Pontificias, a Pseudo-Isidoro collectas, rejecissent, acerrimum adversarium nacti sunt Franciscum Turrianum; nunc tamen post Davidis Blondelli labores vix quisquam superest vir solide eruditus, etiam Romanorum partium, qui non fucatas merces adgnoscat. Pseudo-Atheniensem Dionysium Petrus Halloixius magno conatu in Areopago conservare nitebatur; sed nunc Jacobi Sirmondi incomparabilis viri judicio causa decisa est. Et post Sirmondi, Blondelli et Labbii labores Papissa ita profligata est, ut frustra in ea restituenda laboraverit vir quidem doctus Fridericus Spanhemius junior, sed causa infelix. Et quamquam ego aliquando per otium et argumentis ejus satisfecerim, et ipsam rei discussionem nonnihil adjurim *floribus in tumultum Papissae sparsis*, quod ineditae Dissertationi nomen dedi; non ideo tamen operam meam in hoc genere valde necessariam puto. Et veram de origine Electorum doctrinam a me in praefatione *Codicis juris gentium Diplomatici*, et additae postea *Mantissae*, sic satis in clara luce fuisse collocatam docti quidam Viri publice professi sunt. Porro quantum Papissae debent Historici sequiorum temporum, quibus per forulos latentibus pulverem excussit eruditorum curiositas; tantum pene in Germania res Diplomatica Lindaviensi membranae debet. Eoque nomine gratulari sibi par est Illustres Virgines, ad quas ea pertinet, sive illa stet, sive cadat, nullo, ut mihi videtur, Parthenonis fructu aut damno.

V. Neque hic aut urbis multum, aut religionis, sed potius nudae veritatis res agitur. Certe Viri quidam in Romana Ecclesia Illustres contra Diploma Lindaviense dudum pronuntiarunt; et ego semper eo fui animo, ut veritatem ubicunque agnitam laudarem: Et quanquam in Religionis causa longissime dissentiens a Jesuitarum Dogmatibus, habeo tamen in eo ordine amicos insignes meritis doctrinaque, quos, ut par est, amo et colo;

et semper ac publice professus sum, in Sinensi controversia partes eorum mihi meliores videri, etsi passim apud nostros aliter sentiri videam. Itaque si circa Diploma Lindaviense a Doctissimo Rasslero nonnihil dissentire cogor, nemo candidus, qui me norit, affectui potius, quam rationibus hoc datum judicabit. Nec despero Hyperaspisten ipsum adversae partis ad agnoscendam liquido profitendamque veritatem adduci posse; quod ipsi non tantum honorificum futurum esset apud prudentes et peritos, sed et ipso exemplo candoris mirifice profuturum ad veritatis pietatisque sinceris cultus. Et jam alterum pedem in cymba nostra habet, agnoscens, necesse esse, ut vel effugiis qualibuscunque (vix cuiquam partibus non addicto probandis) excusetur Rabani Moguntini Archiepiscopi mentio longe antequam talis fuit, vel statuatur tandem cum excellentissimo Viro Johanne Mabilione, Diploma alio, quam quod praefert, tempore fuisse suffectum. Itaque quanquam Conringium et Tenzelium interdum durius aequo acceperit; dissuaserim tamen par pari reddi, et irritatum dicteriis animum humanarum mentium vitio magis a veritate alienari.

VI. De causa ipsa Diplomatis non est quod prolixè admodum agam; cum fere ab iis, qui rem ante nos tractavere, perorata videatur: Neque enim id agere meum est, ut ostendam, quam non recte passim Hyperaspistes Heideri, Conringii et Tenzelii argumenta eludat, quod probare magis ad vos pertinet, rem totam justa cura tractantes. Membranae Lindaviensis initium est: *In nomine domini dei et salvatoris nostri Jesu Christi Hludouuicus divina repropitiante gratia imperator augustus. Finis et ut haec nostra imperialis autoritas plenior in dei nomine obtineat vigorem, anuli nostri impressione adsigniri jussimus. Signum (monogramma) Hludouuici serenissimi imperatoris Hirminmarus notarius ad vicem Hugonis recognovi et ss. data XI. Kl. majas anno propitio XXVI. domni Hludouuici piissimi augusti indictione II. actum Bodama palatio regio in dei nomine feliciter amen.* Ipsum verborum tenorem mirum est sex apographis a parte Coenobii exhibitum semper differre. Quinque recenset Tenzelius, qui omnia, discriminibus subnotatis, inter se contulit *Historicarum* suarum *Vindiciarum* capite secundo; quintum et sextum cum attestazione Academiae Constantiensis (id est Friburgensis tunc Constantiam translatae) edidit ipse Cl. Rasslerus; illud in *justa Defensione*, quam vocat, hoc initio partis primae suae *Vindicationis*, ubi profitetur, *D i p l o m a h o c n u n q u a m h a c t e n u s p r o p i u s a d a u t o g r a p h i f i d e m e d i t u m f u i s s e.* Et tamen duo errata circa res momento non carentes invenio: primum enim ommissa est vox *I l l u s t r i u m*, quae hic attribuitur praesulibus praeter stylum Diplomatum, quod jam Conringius animadvertit; deinde ommissa est nota *ę* caudati in fine vocis *p e r s o n a e*, quae tamen praecedente Diplomatis editione Raslerianae *Defensioni* inserta, a Tenzelio

expressa conspicitur, et a Conringio post Salmasium ad posteriora tempora est relegata. Porro Diplomati intus ascriptum est: a n n o i n c a r n a t . Dni DCCCLXVI. quae verba autor *vindicationis* iudicat esse ab alia manu. Tenzelius seculo XIII. (adde et sequentibus) omissionem literae *r* frequentatam notavit. Apparet autem, eum qui scripsit, Diploma retulisse ad Ludovicum Germanicum, cujus regni annus 26. in hunc Domini annum ca- 5  
dit. A tergo Diplomatis hae Epigraphae exaratae sunt: prima caractere satis antiquo et aequabili, *praeeptum Hludowici imp. de lindaugia*; secunda hoc demum aut proxime praeterito seculo: *privilegium Kayzers Hludovici des andern Anno 866. dem Fr. Stifft und Gottes-Hauß Lindau gegeben* nempe annos incarnationis ascriptos secuti, putarunt, ex parte coenobii privi- 10  
legium fuisse concessum a Ludovico Germanico; et hunc habuerunt pro Imperatore ejus nominis Secundo, quam et sententiam Henricus Wagnereccius contra Heiderum tueri conatus est. Sed cum Conringius demonstrasset, Diploma ad Ludovicum Germanicum referri non posse, eumque nunquam Imperatoris nomen usurpasse, praesertim cum vi- 15  
veret alius Imperator Ludovicus II. Lotharii Imp. filius Ludovici Pii nepos, cui patrum Ludovicus Germanicus et Carolus Calvus nunquam de Imperatoris nomine et dignitate controversiam moverunt; Cl. Rasslerus hanc sententiam deseruit et ad Ludovicum Pium Imperatorem confugit, cujus et icon et monogramma consentiunt, et quem anno regni 26. 20  
(id est A. D. 839.) circa Pascha Bodamae fuisse, ex Historia constat. Et vero Wagnereccius Vir et ipse non indoctus, eandem haud dubie sententiam probasset, nisi fuisset deterritus insuperabili difficultate, quod scilicet in ipso Diplomate privilegium concessum dicitur interventu Rabani metropolitae Moguntini; quod est absurdum, si Ludovico Pio attri- 25  
buatur, quo dudum extincto, Rabanus factus est Archiepiscopus, sub Ludovico demum Germanico Pii filio. Itaque Wagnereccius dixit, coenobium nolle allidere ad hunc scopulum, Verb. *an welchen scopulum wohlgedachtes Stifft sich nicht begehrt zu stossen*; id est, nunquam dicturum, pertinere Diploma ad Ludovicum Pium. Et tamen Rasslerus huc demum adactus est: adeo nesciunt viri optimi, quo se vertant, ut rem deploratam tueantur.

VII. Objectionum contra Diploma sunt tres gradus; quaedam, (si singulatim specten- 30  
tur) intra meras suspiciones subsistunt, quaedam omnino suspectum faciunt, una demum certissime evincit, eo, quod praefert, tempore, confectum non esse. Ac primum quidem suspiciones in sequentibus consistunt: Quod praeter exemplum dicitur *Collegium*

4 notavit; linea tamen superducta L

*fidelium pro multitudine.* Quod Adelbertus Comes palatii dicitur *Vasallus*, cum potentes magis *Vassi* dici sint soliti. Quod Adalbertus dicitur *Comes Sacri palatii*, quod rarissimum est in horum Comitum appellatione, ut scilicet tunc *sacri* Epitheton *palatio* ascribatur, quanquam in Archicapellanis sit frequens. Quod praeter solitum dicitur,

5 *praesentibus nonnullis fidelium nostrorum Principibus.* Quod dicitur Adalbertus oculis Imperatoris *obtulisse coenobium*; cum soleat hoc dici de Scripturis. Quod coenobium ipsum dicitur *Lindaugia*, quod est nomen insulae, in qua est coenobium. Quod *Allodium* scribitur, cum notante Carolo Cangiaco in *Glossario* duplex *ll* in hac voce Seculo demum XIII. coeperit. Quod Archiepiscopus et Episcopus

10 dicuntur *Illustres*, cum potius debeant dici *venerabiles*, vel simile quiddam. Quod *Moguntina* dicitur Ecclesia, ad posteriorum seculorum formam, quae illis temporibus *Moguntiacensis* dicebatur. Quod pro Archiepiscopo dicitur *Metropolitana*, haud usitate quidem in Ecclesia Latina, sed nullo illius seculi in Diplomatibus exemplo. Quod praeter stylum et dignitatem dicitur Adalbertus ab Imperatore petiisse, ut *pro redemptione*

15 *animae suae, et parentum suorum aliquid muneris coenobio conferret*; cum tamen non sit mos, ut subditus, praesertim laicus, Principem suum talis animae suae procurationis admoneat in rem petentis. Quod *remedium* potius quam *redemptio animae* in illorum temporum tabulis legitur. Quod novum et modicum tunc utique monasterium aequatur

20 *justitiae et libertati Constantiensis Ecclesiae*, antiquae utique et florentis. Quod Adalberti petitio dicitur *illi divinitus instincta*, phrasi utique valde inusitata. Quod *praeceptum* dicitur *secundum Dei iudicationem jussum conscribi*; quamvis non appareat, quid hic sibi velit *Dei iudicatio*. Quod omnia regalia jura in loco, veluti *tributa, moneta, telonium*, novo et modico tunc monasterio tanta laxitate tribui, parum ex illorum temporum jure publico esse videatur. Quod

25 in voce *persona e*, videtur *e* caudatum, seu *e*, esse in fine loco *ae*, quod rarissimum esse in Francorum Regum primae secundaeque stirpis Diplomatibus, notavit Mabilio; et in fine vocis illic sibi nunquam occurrisset, lib. 2. *Rei Diplom.* cap. I. num. 11. Quod *nullus publicus iudex neque Dux etc. loca monasterii ingredi possit*: cum tamen non fuerit tunc ullus Allemanniae Dux. Quod inusitato plane Germanismo dicitur de hominibus

30 coenobii, ut *coram nullo Comite regant*, ubi videtur intelligi *rügen, ruge-gerichte*, ex posteriore usu. Quod *mu[1]cta* sexaginta librarum auri advocato aliquid peccanti indicitur, quae summa nimia est. Quod amplum conceditur sanctimonialibus jus eligendi Abbatissam, nondum tunc usque adeo facile concessu. Quod Abbatissa dicitur debere *regere secundum regulam suam*, cum potius dici deberet, secundum regulam S. Bene-

dicti. Quod imperialis autoritas *anuli impressione a d s i g n i r i* inusitate dicitur. Quod praeter morem non nominatur Abbatissa loci (ignota forte fabro Diplomatis) cum tamen in Campidonensi, vix triduo ante ibidem dato, Tatto Abbas nominetur. Quod nihil habetur de propria Imperatoris manu, et tamen adest monogramma; (quanquam hoc non sit sine omni exemplo; caeteris tamen adjunctum suspicionem auget.) Quod ipsum monogramma Ludovici Pii nonnihil a forma alias usitata differt. Quod Hirminmari notarii subscriptio constat literis exiguis, si illis comparentur, quae apud Mabilionem extant. Et quod ejusdem ductus implexus idem significans, quod *s u b s c r i p s i*, praeterquam quod videtur timidi effictoris, longissime ab eo distat, quem ex fontibus Mabilio expressit. Quod sigillum Imperatoris exhibet juvenem imberbem; videturque sumtum ex quodam ejusdem Diplomate anteriore, quale illud est, quod anno imperii nono dedit Paderbornensi Episcopo, cujus sigillum ex monumentis Paderbornensibus exhibuit Conringius; sed posteriora Diplomata apud Mabilionem, et icon numismatis Judaeorum Lugdunensium (apud Menetrerium Hist. Lugdunensi p. 220.) ex sigillo, ut apparet, expressa aliam faciem ejus magis virilem conspiciendam praebent. Quod creberrimae occurrunt abbreviaturae, praeter Diplomatum illius temporis morem, etiam in *Imperator Augustus*, ut alias taceam. Quod dicitur a Defensore, *m* finale hic omitti subinde, et ejus loco adhiberi aliquid simile ypsilon Graeco, cum Facultas Juridica Tubingensis ex Mabilione notet, *m* finale potius, ut hodie signum interrogationis, in Diplomatibus illis vetustis exprimi solere; at signum *v* ejus loco seculis XII. aut XIII. conspici. Denique quod eadem vox nimis varie scribitur, veluti *abbatissae* et *abbatisse*, item *nostrae* et *nostrae*, quod signum est effictoris, nunc imitantis morem veterum, nunc in sui seculi usum relabentis.

VIII. Haec omnia igitur in hujusmodi Diplomatibus, quale Lindaviense esse deberet, partim exemplo carent, partim insolita sunt et rari exempli, partim satis incongrua; et quamvis singula fortasse pleraque non magnam satis vim habeant, collecta tamen in unum tanto numero in scriptura tam exigua, magnam dubitationem injicere debent; eritque rarissimum, ut genuinae Tabulae tam multis modis laborent. Memini, controversiam ante aliquot annos in Anglia inter Richardum Bentlejum Virum eximie doctum, et alios non ineruditos sane, quos ille offendisse dicebatur, agitatam, utrum Phalaridis Epistolae essent genuinae. Et quidem illi, qui Bentlejo adversabantur, argumenta singula, quibus impugnabantur Epistolae, ita vellicabant, ut non facile convinci possent. Sed qui cuncta in unum collecta intuebatur, vix salvo candore non poterat non dare Bentlejo manus. Itaque multitudo objectionum etiam non decretoriarum, difficultatem attollit ad

secundum gradum, ut scilicet Diploma suspectum reddant, quod et faciunt objectiones sequentes: *P r i m u m* longa illa et curiosa cautio, et in minuta descendens dispositio de Advocatis, et inauditis tunc quidem Subadvocatis, quae etiam Mabilioni plane ab illorum temporum stylo abhorrere, et magis ad Henricorum aevum (nisi multo adhuc  
 5 posterius) pertinere visa est; Certe Cangiacus in talibus ultra seculum XI. non ascendit. *S e c u n d o* *licentia datur eligendi D o m i n a s*, quod nomen Abbatissis illo tempore ab Imperatore vel Rege tributum, plane ab usu rationeque abhorret. *Matres rectrices*ve dici poterant, *Dominae*, a Principe praesertim, non poterant, certe non solebant. *T e r t i o* Dirae dicuntur in privilegii temerorem; quod usque adeo abhorrens a Ludovici Pii stylo  
 10 judicavit Mabilio, ut vel ideo Fossatense quoddam Diploma suspectum pronuntiarit.

IX. Venio tandem ad argumentum, quo invicte probatur (si quid unquam in Historia demonstrari potest) Ludovicum Pium tale Diploma dare non potuisse. Dicit Imperator in eo, Adalbertum postulasse aliquid in gratiam monasterii a se conditi *p e r*  
*interventum Rabani, Sanctae Moguntinae Ecclesiae Me-*  
 15 *tropolitae, nec non Salomonis, videlicet Constantiensis*  
*Ecclesiae Praesulis*. Sed Rabanus post mortem demum Ludovici Pii factus est Archiepiscopus Moguntinus. Diploma controversum datum est, (si ipsimet Diplomati credimus) Anno Ludovici Pii XXVI. id est Anno 839. quo etiam in villa Regia Bodama Imperator verno tempore egit, ut ex annalibus praesertim Bertinianis ostendi potest. Sed  
 20 Otgarius Archiepiscopus obiit, suffectusque est a Ludovico Germanico Pii filio Rabanus A. D. 847.; quemadmodum testantur Annales Fuldenses, Metenses, Hildenesheimenses, Lambertus Schaffnaburgensis, Marianus Scotus. Itaque Rabanus A. D. 839. falso *Metro-*  
*polita* dicitur, errore intolerabili in notario Imperatoris. Hic diplomatis Defensor sese in omnes partes vertit, part. I. *Vindicationis* a num. 271. ad usque n. 289. primum causatur,  
 25 saepe in Diplomatum vel notariorum vel amanuensium, vel recognitorum errores deprehendi. Quam saepe hodie peccare Typographos, etiam post multas correctiones; quam non raro in instrumentis publicis errores admitti! nec pontificias literas errorum immunes esse, etiam in nominibus propriis; a nescio quo Scriba publico Reginam Lusitaniae pro Sophia Xaveriam appellatam: aliaque id genus, vel his frigidiora, cum hoc loco non possit  
 30 animo concipi, quomodo notarius, amanuensis, recognitor, conspiratione quadam mirifica, non dormire tantum, sed et somnare potuerint, ut pro notissimo Archiepiscopo Abbatem et ipsum notissimum, pro Otgario Rabanum surrogarent, eumque, quem Abbatem esse nemo ignorabat, Archiepiscopum nominarent: Et quidem velut prophético quodam somnio eum ipsum, qui postea Otgario successit: perinde quasi fato quodam id agere



voluissent, ut Diploma aliquando supposititium appareret. Nam Lectorem non praeoccupatum judicare pronum est, fabricatorem Diplomatis a re gesta remotiorem, facili lapsu, (sed qui in veri Diplomatis Scriptorem cadere non poterat) Archiepiscopo vero proximum successorem substituisse, suoque se soricem indicio prodidisse. Eundemque studiose Archiepiscopum Moguntinum et Episcopum Constantiensem adhibere affectasse, quod in illius provincia, in hujus Dioecesi Lindaugia esset. Quod si vero sub ipso Ludovico Piorum sic gestam ponimus, certe inducimus aliquid, cujus nihil uspiam aut unquam simile actum inveniri potest. Saltem si cognata essent nomina, si similia munia, si quae ratio errandi appareret, ferri facilius passet tam insolens fictio; nunc omni specie destituitur commentum, et nihil est, quod non hujus generis effugio excuset.

X. Sed ecce aliud κρησφύγετον, Rabanus Abbas fortasse nominatus est Metropolita pro Otgario, quia Successor ei destinatus erat. Haec redactus in angustias Cl. Rasslerus. Fingamus ita esse, sed quis unquam Regius Cancellarius Successorem Principis aut Archiepiscopi, utcunque a Rege designatum, pro Principe vel Archiepiscopo in instrumento nominavit? An quia Rabano promissa erat sedes Moguntina, poterat Abbas vivo Archiepiscopo, a sanae mentis Notario Moguntinus Metropolita appellari? Sed praeterea illa designatio Rabani Successoris mere commentitia est, nulloque Historiae indicio adjuvatur. Quin potius alia omnia apparent. Rabanus enim Fuldae Monasterio pulsus est aut certe male habitus; nam ita Lambertus Schafnaburgensis ad A. D. 842. *Liutharius expulsus est a regno, et Raban Abbas de Monasterio*: Tantum scilicet aberat, ut infulae Moguntinae destinatus haberetur, ut domi suae fratribus vilis esset. Itaque deposito munere ad cellam, quae S. Petri dicebatur, *duodecim fere stadiis a Monasterio recessit*. Ibi studiis operam dedit, et nonnulla opera composuit. Videatur apud Mabilionem Rabani *elogium* Sec. 4. *Bened.* part. 2. Extincto autem Otgario A. D. 847. Moguntini eum abstraxere a cella, et ad Regem Ludovicum Germanicum duxere, poscentes, ut in vacantem sedem attolleretur. Ita enim ipse loquitur in Epitaphio a se composito, quod apud Serrarium extat lib. 4. *Mog.* in Archiepiscopo Sexto p. 650.

*Ast ubi jam plures transissent temporis anni,*

*Convenere Viri vertere fata loci.*

*Me abstraxere domo invalidum, Regique tulere,*

*Poscentes fungi praesulis officio.*

Itaque non erat designatus Otgarii Successor, sed hoc defuncto praeter opinionem a Moguntinis popularibus suis Cella extractus est; nec a Principe nominatus erat in antecessum, sed sede demum vacante oblatus Regi, et a Clero et populo postulatus.

XI. Sed nondum finis emplastrorum: Doctissimus Hyperaspistes extrema necessitate tuendae Theseos compulsus, suspicatur, Notarium dormitantem, vel Otgarium habuisse in mente, Rabanum in calamo, ita ut sub Rabani Metropolitae verbis intelligendus sit Otgarius Metropolitae; vel Abbatem habuisse in mente, Metropolitam in calamo, ut sub 5 Rabani Metropolitae Ecclesiae Moguntinae verbis, intelligendus sit Rabanus Abbas Monasterii Fuldensis. Et quidem si in sui compotem notarium recognitoremque caderent tales substitutiones, facilius fingeretur Rabanus positus pro Otgario, quam longo verborum Syrmate simul et Metropolitae pro Abbate, et Ecclesia pro Monasterio, et Moguntiacum pro Fulda; praesertim cum absurdum sit, Abbatem Rabanum praeponi Episcopo Salo- 10 moni. Hic noster, ut aliquid saltem dicat, ad Fuldensium Abbatum privilegia confugit, quos constat, sedem ante Episcopos sibi non raro vindicasse. Sed quanquam id hoc loco ἀπροσδιόνυσον nec unquam, praesertim eo seculo, Abbates Fuldenses in diplomatibus ante Episcopos nominati reperiantur: Sciendum est, ut hoc obiter addamus, veram Ful- 15 densis, ut sic dicam, praetensionis causam (quae a plerisque ignoratur) hanc fuisse, quod in Synodis et placitis publicis sub Carolingis Regibus duo essent scamna, unum a dextra Regis Episcoporum, alterum a sinistra Abbatum: et in Francia Orientali princeps scamni unius esset Archiepiscopus Moguntinus, alterius Abbas Fuldensis. Unde fiebat, ut ambo proximi regi sederent, ille a dextra, hic a sinistra. Et hanc a sinistra Principis sedem ex antiquo usu retinere volebat Abbas, cum scamni duplicis usus jam antiquatus esset.

XII. Sentit se premi doctissimus Hyperaspistes, ingenueque fatetur, in quantas sit angustias redactus, objicitque sibi ipsi, doctissimis Viris, nec praeoccupatis nodum insolubilem visum: *Audio*, inquit, *et difficultatem agnosco* (absurditatem nollet) *nec cedo tamen aut manus do*. Cur ita inquam? quia *nimis multa stant pro veritate diplomatibus*. Quae illa obsecro? audiamus. 25 Nam part. 1. num. 290. *enumerantur per synopsis veri indicia pro instrumento militaria*. Nempe proba sunt, membrana, sigillum, literae, horumque omnium forma, ordo, series, magnitudo. Accedunt approbationes vel confirmationes posteriorum, Henrici Episcopi Constantiensis inde a seculo XIII. tum omnium fere Imperatorum inde a Friderico III. Haec noster, sed ut taceam, quod de istis requisitis omnibus satis constet, e re 30 fore, ut diploma hodie, cum critica diplomatica constitui coepit, peritis cognitoribus exhiberetur; interimque totum fida manu aere exprimeretur; hoc, inquam, ut taceam; neque etiam

25 part. 2. *LE*, korr. Hrsg.



multiplices difficultates repetam, quae aliunde diploma suspectum faciunt; constat, eadem omnia, quae Hyperaspistes allegat, in falsum diploma cadere. Poterat suffector aliquot post seculis adhibere veterem membranam, affigere ei genuinum Ludovici Pii sigillum, transscribere temporis notas ex vero; imitari literarum ductus, quod etiam Doctissimi Baluzii de diplomatis natalibus iudicium fuit. Certum est, esse, qui mirifici sunt in ductibus alienae manus imitandis, et cum aliquando refectio illa sive suffectio diplomatum frequentaretur, ac pene in artem abisset, ut ex ipso Mabilione discimus; facile intelligas, excellentes in eo genere artifices non defuisse. Quod si artificio par accessisset eruditio, fraus agnosci non passet. Sed non raro accidit, ut suffectores illi in Historiam stylumque peccarent, quod et huic nostro evenit, cum notio-rem aliis ex illo aevo Rabanum Moguntinum Archiepiscopum tuto adhiberi posse putaret. Itaque tota res diplomatica sic habet: ubi adsunt requisita, pro vero et genuino haberi diploma; cum difficilis utique sit imitatio veri; adeoque, quod jureconsulti vocant, fortissimam praesumptionem afferre Tabulas non suspectas, quae in humanis, nisi elidatur, pro veritate subsistit: Cum tamen (magna quidem arte) falsa pro veris fingi possint, aliquando utcunque speciosa, certis iudiciis reprobari. Atque haec est nostra facti species.

XIII. Et quidem, cum Doctissimus Hyperaspistes alterum jam pedem (ut dixi) in Cymba nostra posuerit; et non semel fateatur, si caetera sustineri non possint, sufficere ad tuendam aliquam Diplomatis auctoritatem, ut cum Mabilione refectum dicatur: putem ad iudicium ejus candoremque, imo religionem ac fidem pertinere, ut tandem manifestae veritati cedat; fateaturque, ab ipso Hirminmaro sub Ludovico Pio tale Diploma scribi non potuisse. Ita sensere Viri dignitate et doctrina illustres ex ipsa Romana Ecclesia Ferdinandus Episcopus Paderbornensis et Monasteriensis in literis ad Conringium (quae exstant in *Syntagm. Epp. Conring. ep. 29. Cent. I.*)[,] Stephanus Baluzius in Epistola ad Conringium (append. ad *censuram* p. 397. et *syntagm. 2. Ep. 14.*) et ad Tenzelium (inserta *Historicis vindiciis* cap. 6. n. 6. p. 124.) ac denique Johannes Mabilio in Epistola ad Tenzelium, (quae extat in iisdem *Historicis vindiciis* cap. I. n. 7. pag. 19.) et ad Celsissimam Abbatissam Lindaviensem ipsumque Celeberrimum Rasslerum, secundam ea, quae Vir iste Clarissimus in *vindicatione* sua, laudabili candore, etsi pleraque contra se facientia, passim produxit. *Tract. praelimin. num. 17. Part. I. num. 22. 24. 25. 86. 108. 296. 306.* et *Part. 2. n. 235. 270. 324*, ut et in Appendice p. 45. seqq. Baluzii et Mabilionis verba quaedam exhiberi suffecerit, qui professo studio in hoc Doctrinae genere sunt versati.

30 296. 206 E, korr. Hrsg.

Baluzius ergo ad Conringium diserte pronuntiavit, bene multa esse in Lindaviensi Diplomate *aliena a stylo Cancellariae Principum illius aevi*, adeoque se opinioni Conringii accedere testatur. Et in Ep. ad Tenzelium de Rabano non recte interveniente ait: *memoriae Hirminmari lapsus non fuit, sed*  
 5 *inscitia illius, qui hoc praeceptum post tempora Ludovici et Rhabani composuit.* Et Mabilio ad Tenzelium: *Si contextum ipsum et stylum Diplomatis attente consideres, multa ab illius seculi genio prorsus aliena, falsa etiam nonnulla*  
 10 *tute observabis, ut certe pleraque Conringius observavit; quanquam ejus regulas non approbo omnes. Falsum est, quod de interventu Rabani Ecclesiae Moguntinae metropolitanae in eo Diplomate legitur, siquidem Rabanum non nisi post aliquot a Ludovici Pii obitu annos in eam sedem evectum fuisse constat. Deinde, quae de Advocati*  
 15 *jure subduntur, sane minutiora sunt, quam ut deceant Imperatoriam illorum temporum gravitatem. Neque certe uspiam alias ejusmodi minutias inveneris. Reliqua falsi indicia omitto. Unicum enim illud de Rabano jam Metropolita erratum omnem prorsus fidem spurio illi Diplomati adjudicat. Mihi vero permirum fuerit,*  
 20 *si totus praetensi Diplomatis Ludoviciani contextus unica constet Scripturae forma. Fallor, si non aliquis Subornator initium ac finem sinceri Ludovici Pii Diplomatis caetero textui assui curavit. Certe annus incarnationis alia manu scriptus est. Denique ex aliquo Diplomate extractum est Ludovici Pii sigillum, quod plane genuinum esse non dubito.* Haec ille.

XIV. Etsi autem postea idem Vir egregius, a Reverendissima Principe consultus, in iis, quae a Cl. Raslero exhibentur mollius locutus sit, malitque Diploma vicarium in primarii locum suffectum, non spurium appellare, in eadem tamen sententia perstat: sub Ludovico Pio tale diploma dari non potuisse. Nam litteris in *Vindicatione* Rasleriana relatis (part. *praelim.* n. 36. et *parte 2.* n. 220.) fatetur, *esse in Diplomate aliqua, quae illud a primariorum numero eximant.* Item *inter Reflecta et substituta locum illi negari non posse.* Idem novissimo opere publice animi sententiam disertissime exposuisse censendus est, in Annalibus scilicet

Benedictinis lib. 32. tom. 2. num. 8. ad. A. C. 838. Sic enim, enarratis quae pro Diplomate dici possunt, concludit: *Verum si ipsius Diplomatis forma et stylus remotis praejudiciis expendantur; fateri necesse est, quaedam in contextu errata occurrere, quae praedicti instrumenti authenticam convellunt. Singula non vacat attingere, quae obelo 5 confixit Conringius, nec ipse omnino erratorum expers, ut quod ait, Cancellariae cum Imperatorum tum Regum Francorum moribus repugnare, Ecclesiae vocem Diphtongo ordiri, quod sane adeo non repugnat, ut sexcentis exemplis oppositum constet. Illud inprimis hoc in Diplomate me movet, quod 10 in eo mentio fit Rabani Sanctae Moguntinae Ecclesiae Metropolitanae, qui certe superstitite Ludovico Pio, nec dum hanc dignitatem adeptus, nec [ipse] anno DCCC-LXVI. quem novator apposuit, amplius in vivis erat, quippe ante annos decem extinctus.[...] Conringius putat, circa initia Seculi decimi tertii hoc Diploma confectum 15 fuisse: at Scriptura ipsa Diplomatis, imo ipsa additio anni incarnationis post multos annos facta, longe antiquior est. Et denique Henricus Constantiensis Episcopus ante medium seculum decimum tertium illud pro genuino, id est antiquissimo habuit. Et mox: Prope fidem est, Ludovicianum istud Diploma conflatum esse ex duobus veris Diplomatum, altero Ludovici Pii Imperatoris, cujus initialis form[ul]a, cum Monogrammate, Subscriptionibus, Sigillo atque Chronicis notis in eo invenitur; altero unius cujuspiam Ottonum vel Henricorum, quorum aetatem, 25 phrasin ac genium totus contextus sapit.*

Cum igitur recte (mea etiam opinione) scribat doctissimus Raslerus (*tr. praeliminari vindicationis num. 34.*) *rejecto etiam Diplomate jura Parthenonis in tuto esse, et subjiciat num. 36. Diploma controversum si non primum saltem substitutum esse.* Et part. I. num. 306. inter modos solvendi 30 nodum de Rabano hunc secundum referat, ut *magnorum peritissimorumque Virorum judicio dicatur, Diploma esse substitutum authenticisque subrogatum ac reffectum*; superest ad perfectam candoris iudicii laudem, ut tale esse simpliciter agnoscat, ostendatque, viros graves et doctos salva

existimatione sua, maximo in publicum fructu, atque egregio ad posteritatem exemplo, retractare dicta publice, exutisque affectibus veritati manus dare posse. Ne (si secus faxit) credant homines, magna literarum infamia, Virum doctum, qui sententiam aliquam semel ex professo tuendam susceperit, nulla argumentorum vi eo adigi posse, ut  
 5 eam deserendam fateatur. Quod superest vale et fave. Dabam Hanoverae 25. Julii 1712.

### 33. LEIBNIZ AN BURKHARD GOTTHELF STRUVE

Hannover, 30. Juli 1712.

#### Überlieferung:

- 10  $L^1$  Konzept: LBr. 908 Bl. 8–9. 1 Bog. 4°.  $\frac{1}{3}$  S. auf Bl. 9 v°. — Auf Bl. 8–9 *K* von N. 29.  
 $L^2$  Abfertigung: HAMBURG *Staats- u. Universitätsbibl.* sup. ep. 40 Bl. 383–384. 1 Bog. 8°. 1 S. Auf Bl. 383 r° oben rechts alte Zählung „CLXXXV“. (Unsere Druckvorlage). — Teildruck: M. GRUNWALD *Miscellen, 3: Leibniz*, in: *Archiv für Geschichte der Philosophie*, Bd 9, 1896, S. 310–323, hier S. 316.

Vir Amplissime et Consultissime Fautor Honoratissime

15 Ecce literas prolixiusculas Tibi inscriptas circa diploma Lindaviense, quibus ut videbitur, utemini.

Baronis titulo quem mihi Ampl<sup>mus</sup> Wegelinus ascripsit, non utor.

Dedi operam ut nihil dicerem quo Raslerus se laesum queri possit. Vobis consilium dare meum non est. Puto tamen moderatum dicendi genus etiam Tibi placere.

20 Si quid in meo mutandum vobis videbitur, id mihi indicari peto, ut ea de re inter nos conveniamus.

Tibi et nobilissimis Wegelinis patri et filio semper officia mea parata erunt.

Quid circa mutationem loci constitueris nosse gratum erit: ego quod capies consilium, ut felix faustumque sit precor.

25 Memini Te olim de Auro fluviatili [G. A. STRUVE [Praes.], *Dissertatio Iuridica De Auro Fluviatili Sive Von Wasch-Gold*, Jenae 1689] sollicitum esse. Multa super ea re sperabat Tenzelius, sed fato prohibitus ne ultra verba progrediretur. Puto Tibi exploratum esse quae fuerint molimina viri. Mihi videtur commodis machinationibus multum de labore hominum atque adeo de sumtu detrahi posse. Quod superest vale et fave. Dabam  
 30 Hanoverae 30 julii 1712.

Deditissimus

G. G. Leibnitius

## 34. LEIBNIZ AN JOHANN CHRISTOPH WEGELIN

[Hannover, Ende Juli 1712].

**Überlieferung:** *L* Konzept: LBr. 908 Bl. 10–11. 1 Bog. 4°.  $\frac{1}{4}$ S. auf Bl. 11 v°. — Auf Bl. 10–11  
*K* von N. 23. — Gedr.: BABIN/VAN DEN HEUVEL, *Schriften und Briefe zur Geschichte*, 2004, S. 310. 5

HochEdelgebohrner etc. insonders hochg. H.

Dero wehrtes habe zu recht erhalten und bin wegen des zugeschickten Raslerianischen wercks und zu mir habenden Vertrauens zwar höchlich verbunden, möchte aber auch wünschen, daß selbigem ein gnügen thun köndte. Habe gleich wohl etwas aufgesetzt, so als ein schreiben an den berühmten Herrn Struven nach belieben an einen anständigen orth beygefüget werden köndte. Solten noch einige dienliche Diplomata außgespühret, und dem vorhabenden Werck angehefftet werden können, wurde solches demselben zur Zierde, und denen studiis zu aufnahme gereichen. Da ich aber meinem hochzuEhrenden Herrn, oder auch deßen Herrn Sohn, der sich allem ansehen nach nicht wenig herfuhrthun, und verdient machen wird[,] ich an meinem wenigen orth dienen könne, werde an mir nicht ermanglen laßen, der ich iederzeit verbleibe 10 15

Meines hochg. H. und furnehmen gonners      dienstergebenster      G. W. v. L

---

Zu N. 34: Die nicht gefundene Abfertigung, möglicherweise Beischluss zu N. 20970, dürfte etwa gleichzeitig mit diesem Brief, zu dem sie möglicherweise Beischluss war, entstanden sein.

## 35. LEIBNIZ AN JOHANN FRIEDRICH HODANN

Celle, 13. August 1712.

**Überlieferung:** *L* Abfertigung: KOPENHAGEN *Kongelige Bibliotek* NKS 2753 4° Nr. 45. 1 Bl. 4°. 1 S. Am linken Rand Antwortnotiz von Hodanns Hand: „von statten, seide bester weise, Fuhrmist vom Anger.“

5

Zell den 13 Augusti 1712 Sonnabends.

Ich habe zwar verhoffet heute wieder in Hanover zu seyn. Es kan sich aber leicht verziehen bis morgen abends, weil der H. von Schleüniz biß dahin oder wohl gar biß Montags sich hier aufzuhalten gezwungen wird. ich habe es melden wollen, damit man nicht meyne ich sey weiter gereiset. Ich verhoffe es wird soviel an geld vorhanden seyn, als zu nöthigen Dingen erfordert werden wird. Auff allem fall aber kan man leicht etliche thaler zu borge bekommen. Der H. Professor [Johann Georg Eckhart] wird vermuthlich verreiset seyn. H. Rühlman bitte meinerwegen zu grüßen.

10

Auff den fall daß die Frau von Schleüniz noch etwas herüber schicken solte, so köndten die an mich haltende briefe mit herüber kommen weswegen man sich durch Ulrichen oder Heinrichen dort im Hause erkundigen kan, damit man solches erfahre.

15

## 36. JOHANN FRIEDRICH HODANN AN LEIBNIZ

Hannover, 13. August 1712.

**Überlieferung:** *K* Abfertigung: LBr. 411 Bl. 299. 4°. 1 S.

20

Wolgebohrner, Hochgebietender Herr Geheimde Rath.

25

Auf dem Garten haben sie mit dem Seiden abhaspeln angefangen, und soll gut von statten gehen. Herr Rühlmann, der sich gehorsahmst empfehlen läst, ist dabey gewesen, und saget, daß man davor halte, die Seide dieses Jahrs sey besser als vom vorigen. die Mäuse sollen einige Eyerchen durchgebissen und die Würme daraus gefressen haben: so bald man aber solches gemercket, hat man ihnen vorgebeuget, und verhindert, daß kein weiterer Schade geschehe. Johann Henrich hat den Kuhmist vom Anger nunmehr schon

nach dem Garten gebracht. Ulrich hat darauf gedrungen, daß die Arbeits leute müsten bezahlet werden, und habe deßwegen mit so viel Gelde, als gekont, ihm müssen an Hand gehen. der Herr Professor Eckhart ist gestern gantz frühe, nemlich am Freytag, mit Herrn Förstern von hie gereiset. der Abbé Buquoit ist gleich nach Ew. Excellence Abreise bey mir gewesen, und hat mich genöthiget ihm zwey Abschriften von seinem Auszuge aus dem tractat *de existentia Dei* zu machen, worinn ich ihm auch wilfahret. Seinen Aufsatz hat er bey mir gelassen. Von der Churprintzessin [Wilhelmine Caroline] sind einige Englische Zetteln geschicket worden: weil der Brief aber, wenn sie eingeschlossen würden, möchte zu dick werden, so behalte sie. Befehle Ew. Excellence dem Schutz Gottes und bleibe

Ew. Excellence

unterthäniger diener

J. F. Hodann

Hanover d. 13 Augusti 1712

## 37. JOHANN VOLCKMAR BLUMENFELD AN LEIBNIZ

— (?), 17. August 1712.

**Überlieferung:** K Abfertigung: LBr. 916 (Teuber) Bl. 51–52. 1 Bog. 4°. 3 S. Eigh. Aufschrift. Siegel. 15

Ihr Excellenz bitte ich gantz gehorsam mir zu vergeben daß ich ihren Dittel nicht recht weiß noch geschriben habe weil ich die schreibkunst nich verstehe noch gelernt habe[,] sondern ich habe mich in andern Kunste befließen.

Ihr Excellenz Ihre Rech. Maschi. hab ich gans neü erfunden, auch zu gleich in Holtz und Messing und Eisen verferdiget. ich hette sie zwart zu gleich gantz von Messing und Stahl in ahnfang können verferdigen können[,] aber es hat mir an gelt und mittel gefelt die vielle uhn kostung an zu wenden, derend wegen habe ich es Holtz Messing und Eissen als von geringen dingen machen müßen, auch habe ich es nuhr mit Halb so viel Zahl Rether als Ihr Excellenz Ihrs daß ist mit 16 Zahl Rethter und 8 Windeltrepen[,] meinen aber nuhr mit 8 Zahl Rethter und 4 Windeltrepen[,] es gehet so vortreflich und so Gut daß es nicht in der Welt nicht besser kan erfunden noch gemacht werden[,] es und wan es getrehet wird so greiffen die Windeltrep alle zugleich ein und schlagen alle zugleich nicht anders als wan es ein schlag wehre und greiffen alle zwey Hörn in die fünff Hörn



zu und führet sie alle zu gleich ühber als wan es ein schlag wehre[,] es ist ein Werck so wohl erfunden, wan ihr Excellenz die Maschin mit 100 Zahl Rethter und zu gleich so viel Windeltrepen und wan es getrehet wird so müssen alle zu gleich ein schlag thun[,] wan es aber mit Halb so viel gemacht Windeltrepen seind[,] können sie doch 50-Mahl  
